



# Examen VWO

Latijn (nieuwe stijl)

Voorbereidend  
Wetenschappelijk  
Onderwijs

20 | 01

Tijdvak 1  
Woensdag 23 mei  
9.00 – 12.00 uur

Tekstboekje

## Tekst 1

1 Hoc proelio facto reliquas copias Helvetiorum ut consequi posset, pontem in Arari  
2 faciendum curat atque ita exercitum traducit. Helvetii repentino eius adventu commoti,  
3 cum id quod ipsi diebus XX aegerrime confecerant, ut flumen transirent, illum uno die  
4 fecisse intellexerent, legatos ad eum mittunt. Cuius legationis Divico princeps fuit, qui  
5 bello Cassiano dux Helvetiorum fuerat.

6 Is ita cum Caesare egit: si pacem populus Romanus cum Helvetiis faceret, in eam  
7 partem ituros atque ibi futuros Helvetios, ubi eos Caesar constituisset atque esse  
8 voluisset; sin bello persequi perseveraret, reminisceretur et veteris incommodi populi  
9 Romani et pristinae virtutis Helvetiorum. Quod improviso unum pagum adortus esset,  
10 cum ii, qui flumen transissent, suis auxilium ferre non possent, ne ob eam rem aut suae  
11 magnopere virtuti tribueret aut ipsos despiceret. Se ita a patribus maioribusque suis  
12 didicisse, ut magis virtute quam dolo contenderent aut insidiis niterentur. Quare ne  
13 committeret, ut is locus, ubi constitissent, ex calamitate populi Romani et internecone  
14 exercitus nomen caperet aut memoriam proderet.

15 His Caesar ita respondit: eo sibi minus dubitationis dari, quod eas res, quas legati  
16 Helvetii commemorassent, memoria teneret, atque eo gravius ferre, quo minus merito  
17 populi Romani accidissent. Qui si alicuius iniuriae sibi conscius fuisset, non fuisse difficile  
18 cavere; sed eo deceptum, quod neque commissum a se intellexeret, quare timeret, neque  
19 sine causa timendum putaret. Quod si veteris contumeliae oblivisci vellet, num etiam  
20 recentium iniuriarum, quod eo invito iter per provinciam per vim temptassent, quod  
21 Haeduos, quod Ambarros, quod Allobroges vexassent, memoriam deponere posse? Quod  
22 sua victoria tam insolenter gloriarentur quodque tam diu se impune iniurias tulisse  
23 admirarentur, eodem pertinere. Consuesse enim deos immortales, quo gravius homines ex  
24 commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum ulcisci velint, his secundoiores  
25 interdum res et diuturniorem impunitatem concedere. Cum ea ita sint, tamen si obsides ab  
26 iis sibi dentur, uti ea, quae polliceantur, facturos intellegat, et si Haeduis de iniuriis, quas  
27 ipsis sociisque eorum intulerint, item si Allobrogibus satisfaciant, sese cum iis pacem esse  
28 facturum.

29 Divico respondit: ita Helvetios a maioribus suis institutos esse, uti obsides accipere,  
30 non dare consuerint; eius rei populum Romanum esse testem. Hoc responso dato discessit.

*Caesar, De Bello Gallico I, 13–14*

---

## Tekst 2

1 At barbari consilio Romanorum cognito, praemisso equitatu et essedariis, quo  
2 plerumque genere in proeliis uti consuerunt, reliquis copiis subsecuti nostros navibus  
3 egredi prohibebant. Erat ob has causas summa difficultas, quod naves propter  
4 magnitudinem nisi in alto constitui non poterant, militibus autem ignotis locis, impeditis  
5 manibus, magno et gravi onere armorum pressis simul et de navibus desiliendum et in  
6 fluctibus consistendum et cum hostibus erat pugnandum, cum illi aut ex arido aut paulum  
7 in aquam progressi omnibus membris expeditis, notissimis locis audacter tela  
8 conicerent et equos insuefactos incitarent. Quibus rebus nostri perterriti atque huius  
9 omnino generis pugnae imperiti non eadem alacritate ac studio, quo in pedestribus uti  
10 proeliis consuerant, utebantur.

11 Quod ubi Caesar animadvertit, naves longas, quarum et species erat barbaris  
12 inusitator et motus ad usum expeditior, paulum removeri ab onerariis navibus et remis  
13 incitari et ad latus apertum hostium constitui atque inde fundis, sagittis, tormentis hostes  
14 propelli ac summoveri iussit. Quae res magno usui nostris fuit. Nam et navium figura et  
15 remorum motu et inusitato genere tormentorum permoti barbari constiterunt ac paulum  
16 modo pedem rettulerunt. At nostris militibus cunctantibus maxime propter altitudinem  
17 maris, qui decimae legionis aquilam ferebat, obstatus deos, ut ea res legioni feliciter

18 eveniret, “desilite” inquit “commilitones, nisi vultis aquilam hostibus prodere; ego certe  
19 meum rei publicae atque imperatori officium praestitero.”

20 Hoc cum voce magna dixisset, se ex navi proiecit atque in hostes aquilam ferre coepit.  
21 Tum nostri cohortati inter se, ne tantum dedecus admitteretur, universi ex navi desiluerunt.  
22 Hos item ex proximis navibus cum conspexissent, subsequuti hostibus adpropinquaverunt.

23 Pugnatum est ab utrisque acriter. Nostri tamen, quod neque ordines servare neque  
24 firmiter insistere neque signa subsequi poterant atque alius alia ex navi quibuscumque  
25 signis occurrerat se adgregabat, magnopere perturbabantur. Hostes vero notis omnibus  
26 vadis, ubi ex litore aliquos singulares ex navi egredientes conspexerant, incitatis equis  
27 impeditos adoriebantur, plures paucos circumstebant, alii ab latere aperto in universos  
28 tela coniciebant.

29 Quod cum animadvertisset Caesar, scaphas longarum navium, item speculatoria  
30 navigia militibus compleri iussit, et quos laborantes conspexerat, his subsidia submittebat.  
31 Nostri simul in arido constiterunt, suis omnibus consecutis in hostes impetum fecerunt atque  
32 eos in fugam dederunt, neque longius prosequi potuerunt, quod equites cursum tenere  
33 atque insulam capere non potuerant. Hoc unum ad pristinam fortunam Caesari defuit.

34 Hostes proelio superati simulatque se ex fuga receperunt, statim ad Caesarem  
35 legatos de pace miserunt; obsides daturus, quaeque imperasset, sese facturos polliciti sunt.  
36 Una cum his legatis Commius Atrebas venit, quem supra demonstraveram a Caesare in  
37 Britanniam praemisum. Hunc illi e navi egressum, cum ad eos oratoris modo Caesaris  
38 mandata deferret, comprehenderant atque in vincula coniecerant.

39 Tum proelio facto remiserunt et in petenda pace eius rei culpam in multitudinem  
40 contulerunt et propter imprudentiam ut ignosceretur petiverunt. Caesar questus, quod,  
41 cum ultro in continentem legatis missis pacem ab se petissent, bellum sine causa  
42 intulissent, ignoscere imprudentiae dixit obsidesque imperavit. Quorum illi partem statim  
43 dederunt, partem ex longinquiore locis arcessitam paucis post diebus sese daturus  
44 dixerunt. Interea suos in agros remigrare iusserunt, principesque undique convenire et se  
45 civitatesque suas Caesari commendare coeperunt.

Caesar, *De Bello Gallico* IV, 24–27

---

### Tekst 3

1 Druides a bello abesse consueverunt neque tributa una cum reliquis pendunt. Militiae  
2 vacationem omniumque rerum habent immunitatem. Tantis excitati praemiis et sua sponte  
3 multi in disciplinam conveniunt et a parentibus propinquisque mittuntur. Magnum ibi  
4 numerum versuum ediscere dicuntur. Itaque annos nonnulli videnos in disciplina  
5 permanent. Neque fas esse existimant ea litteris mandare, cum in reliquis fere rebus,  
6 publicis privatisque rationibus, Graecis utantur litteris. Id mihi duabus de causis instituisse  
7 videntur, quod neque in vulgum disciplinam efferri velint neque eos, qui discunt, litteris  
8 confisos minus memoriae studere, quod fere plerisque accidit, ut praesidio litterarum dili-  
9 gentiam in perdiscendo ac memoriam remittant.

10 In primis hoc volunt persuadere, non interire animas, sed ab aliis post mortem  
11 transire ad alios, atque hoc maxime ad virtutem excitari putant metu mortis neglecto.  
12 Multa praeterea de sideribus atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de  
13 rerum natura, de deorum immortalium vi ac potestate disputant et iuventuti tradunt.

Caesar, *De Bello Gallico* VI, 14

---

## Tekst 4

Over de landing van de geallieerden in Normandië op 6 juni 1944 verscheen in 1959 het boek “The Longest Day” van Cornelius Ryan. Uit dat boek komt het volgende fragment:

1 Sergeant Regis McCloskey, die met zijn bevoorradingschip weer veilig op de  
2 terugweg was, zag de schreeuwende mannen in het water, “gillend om hulp, ons smekend  
3 om te stoppen – maar dat konden we niet doen. Voor niets en niemand.” Tandenknaarsend  
4 keek McCloskey de andere kant op, toen zijn boot aan de drenkelingen voorbij voer, en  
5 enkele seconden later hing hij kotsend over de reling.

6 Kapitein Robert Cunningham en zijn mannen zagen ook een paar drenkelingen  
7 spartelen. Instinctief draaide de bemanning de boot in de richting van de mannen in het  
8 water. Een snelle motorboot sneed hun de pas af. Uit de luidspreker kwamen de  
9 onverbidelijke woorden: “Je bent geen reddingsboot! Ga naar de kust!”

---

## Tekst 5

Tacitus geeft in zijn “Agricola” een korte schets van de geschiedenis van Britannia.

1 De goddelijke Julius betrad als eerste met een leger Britannia. Hij joeg de bewoners  
2 schrik aan met een succesvolle slag en maakte zich meester van de kust, maar toch kan  
3 men zeggen dat hij het land slechts heeft getoond aan het nageslacht, niet dat hij het aan  
4 het rijk heeft toegevoegd. Spoedig daarna begonnen de burgeroorlogen en de wapens van  
5 de aanvoerders richtten zich tegen de eigen staat. Lange tijd dacht men niet meer aan  
6 Britannia.

*Tacitus, Agricola 13*

---

## Tekst 6

In zijn boek “Caesar in Gallië, God in Frankrijk” schrijft M. Wes in het hoofdstuk “Helden op sokkels”:

1 Vercingetorix was een held. Helden worden voor hun heldendaden soms beloond.  
2 Vaak gebeurt dat pas na hun dood. Ze krijgen dan een standbeeld.

3 De Gallo-Romeinse beeldhouwkunst heeft niet één Vercingetorix-monument  
4 opgeleverd. Daarentegen zijn er bijna 200 Vercingetorix-monumenten opgericht in een  
5 veel latere periode, namelijk de periode van ca. 1850 tot 1914. De eerste twintig jaren van  
6 die periode zijn de jaren van het zogenaamde Tweede Keizerrijk, de tijd van Napoleon  
7 III. De jaren daarna stonden in toenemende mate in het teken van het Franse verlangen  
8 naar revanche voor de nederlaag tegen de Duitsers in 1870, een verlangen dat op het  
9 moment van het uitbreken van de Eerste Wereldoorlog bevredigd leek te zullen worden  
10 en dat bij de vredesconferentie van Versailles (1919) ook bevredigd is, gezien de voor  
11 Duitsland vernederende vredesvoorwaarden.

*Naar Wes, Caesar in Gallië, God in Frankrijk*

---

## Tekst 7

De Galliërs hebben een Romeins legerkamp omsingeld en dreigen het te veroveren. In het bedreigde legioen dienen twee centurio's, Pullo en Vorenus, die beiden kans maken op promotie en die voortdurend met elkaar wedijveren wie de dapperste is.

1 Erant in ea legione duo fortissimi viri, centuriones Titus Pullo et Lucius Vorenus. Hi  
2 perpetuas inter se controversias habebant, quinam anteferretur, omnibusque annis de  
3 locis summis contendebant.  
4 Ex his Pullo, cum acerrime ad munitiones pugnaretur, "Quid dubitas," inquit, "Vorene? Aut  
5 quem locum tuae probandae virtutis exspectas? Hic dies de nostris controversiis iudicabit."  
6 Haec cum dixisset, procedit extra munitiones quaeque pars hostium confertissima est visa  
7 irrumpit. Ne Vorenus quidem tum sese vallo continet, sed omnium veritus existimationem  
8 subsequitur.

In de passage die hier is weggelaten, wordt beschreven dat het Pullo lukt een tegenstander te verwonden. Maar Pullo komt dan zelf in de problemen als de vijanden hem massaal aanvallen; hij wordt namelijk door een speer gewond, maar niet gedood.

In de onderstaande passage wordt beschreven hoe Vorenus zijn rivaal te hulp komt.

9 Succurrit inimicus illi Vorenus et laboranti subvenit. Ad hunc se confestim a Pullone  
10 omnis multitudo convertit; illum veruto arbitrantur occisum. Gladio comminus rem gerit  
11 Vorenus atque uno interfecto reliquos paulum propellit. Dum cupidius instat, in locum  
12 deiectus inferiorem concidit. Huic rursus circumvento fert subsidium Pullo; atque ambo  
13 incolumes compluribus interfectis summa cum laude se intra munitiones recipiunt.

En zo bleef het onbeslist wie van de twee de dapperste was.

*Caesar, De Bello Gallico V, 44*

regel 2	<b>anteferre</b> verkiezen
regel 3	<b>locus</b> rang
	<b>contendere de</b> wedijveren om
regel 5	<b>locus</b> gelegenheid
regel 6–7	<b>quaeque pars hostium t/m irrumpit.</b> <i>Construeer: et eam partem hostium irrumpit quae confertissima visa est.</i>
regel 6	<b>confertus</b> dicht opeengepakt
regel 7	<b>ne quidem</b> ook niet
	<b>sese continere + dativus</b> blijven binnen
	<b>veritus</b> vrezend
	<b>existimatio</b> kritiek
regel 9	<b>succurrere + dativus</b> op iemand toesnellen
	<b>inimicus</b> rivaal
	<b>laborare</b> in nood verkeren
	<b>subvenire + dativus</b> iemand te hulp komen
	<b>a Pullone</b> van Pullo af
regel 10	<b>verutum</b> speer
	<b>comminus rem gerere</b> een gevecht leveren van man tegen man
regel 11–12	<b>in locum deiectus inferiorem</b> van een helling afgeduwd
regel 12	<b>rursus</b> op zijn beurt
	<b>circumvenire</b> omsingelen

Einde